

Institutiones Imperiales cū Cassib⁹ longis ad hunc diem non vllis: pro facilliori iuuentū eruditione singulis titulorum paragraphis put re ipsa contingere poterunt. ad coaptatis Feliciter incipiunt.

Ordinate textuales diuisiones habentur.
Patefcit grecum vtile cum expositione succincta.
Anuersi tituli alphabeico ordine ponuntur.
Summaria rubra multis adiectis sunt textibus immixta.

Ordinibus varijs vallata ciullis arbor hic exaratur. **fo. cv.**
Plurima et textuum et glosarum turpis menda expurgatur.
Tituli continuatione patenti redduntur clari.
Inuolute materie nectuntur tabula singulari.
Medulle glosarum omnibus in marginibus sunt extracte.
Versibus rubrice iuris Lesarei leguntur apetre.
Multiplices bone glose plerisq; locis sunt apposite.
Valde frutifere sunt additiones nouiter adiuncte.
Addita est insuper prioribus impressionibus tabula secunda.
paragraphorum studentibus pernecessaria.



Venūdant Parthysii in bico sancti Jacobi sub intersignio lupi per **Doncetū lepreux.**


Nicolaus Beraldus Stephano Remundo vtriusq; iuris rude donato:
amico singulari. S P D

Solent alij militandis vltro citroq; literis amicos sibi conciliare: concilia-
tos demereri. Ego vero non conciliare modo: ac demereri: sed etiam partos
tueri: ac retinere. Quãq; existimavi semper infirmam eam esse amicitiam: que tã
leuibus fragilibusq; tibicinibus fulciatur. Vera est amicitia que ex virtutis mo-
rumq; fundamentis: ac principijs ad summum perducta fastigium: altius radices
egit: q; vt facile conuelli queat: nullis eiusmodi indiget scripturunculis. Nempe que vel be-
ne sentiedo modo explere omneis suos numeros possit. Num tamen proxime decreuis-
sem aliquid noui operis tuo inscribere nomini: premeremq; adhuc opusculum de regno: ac
formandis principum moribus: a me latinum factum: et illustrissimis principibus tuis: qui-
bus et docendis: et formãdis prees: promissum: visum est hac velut precursoria epistola te
conuenire: simul vt date tibi fidei hoc: ceu pignus certissimuz habeas tibi: simul vt te antes
acte vna vite: anteactiq; tẽporis commonefacerem: cum Aurelie iuris vtriusq; studijs in-
cumberemus. Porro meministi (scio) q̃ti semper fecerim has Cesarei iuris institutiones:
Iustiniani principis iussu: atq; authoritate: Tribontani veroviri: Guide Greci scriptoris te
simonio: doctissimi diligentia compositas: aptissimoz atq; vtilissimo ordine concinnatas:
que quia his: quas vides: formis excuse prodire rursus in publicum gestebant: circũferre
nomen tuum: ac in ipso protinus vestibulo: luminariq; pagina preferre velle videbantur. Ac
cipe itaq; munusculum hoc nostrum: et promissum alterũ: sed longe alterius (quod dicẽ)
farine opus a nobis elucubratum equo animo expecta. Vale Lutecie ex edibus Bone-
stissimi bibliopole Ponceri le Preux.

Ad iuuenẽ iuris prudentie candidatũ hexastichon

Cesarei quẽcunq; iuuat prudentia iuris
Lut noua: cuius placent vltima iura magis.
Edifcas teneris legum fundamta in annis
Quis sine nil solidum condere quisq; potest?
Edifcas casusq; nouos: atq; addita nuper
Themata: que facili nunc tibi calle patent

Deo Laus:



[Faint bleed-through text from the reverse side of the page, including the name 'Nicolaus Beraldus' and other illegible words.]